 Matrimonium cum haereticis contrahi, quibus casibus, quibusque de causis permittatur ab Apostolica Sede; quae leges, & cautelae in Licentis, seu Dispensationibus opponantur. *ib.* seqq.
 Matrimonium nulliter contractum definitur in gradibus a jure prohibitis, super quibus Dispensatio concessa fuit ab Episcopo, non servatis conditionibus in huiusmodi facultatis concessione sibi praescriptis. LIX. p. 222. col. 2.
 Matrimonium inter Judaeos quomodo contrahatur, & quomodo a sponsalibus differat, XXVIII. f. 63. p. 107.
 Matrimonium, quod inter duos Judaeos erat, dissolvitur, si alter ex Conjugibus Baptismum suscipiat, alter vero converti recuset, & cohabitare sine contumelia Creatoris. *ibid.* f. 58. pagina 106. seqq.
 Super quo tamen legitimam interpellationem praecedere necesse est. *ib.* & XXXVIII. pag. 150. col. 2.

Sed non permittitur libellum repudii Judaicis ritibus ei dare. XXXIII. per tot.
 V. *Judei.* V. *Repudium.*
 Huiusmodi Matrimonii solutio tunc effectum habere censetur, quando Neophitus novas contrahit nuptias. XXVIII. f. 58. p. 106.
 Et quod opinio communior non sit, & in Tribunalibus Urbis recepta. *ibid.*
 An vero, dissoluto sic Matrimonio, Conjug alter in infidelitate remanens novas nuptias contrahere possit, in utramque partem probabiliter disputatur. *ib.* p. 151. col. 1.
 Matrimonialium causarum tractandarum Methodus a Pontifice praescripta optatos utilitatis fructus attulisse dignoscitur. XLVII. p. 179. col. 1. & 2.
 Matrimonii Defensor in singulis Dioecibus constitutus, in omnibus actibus Judicii super nullitate Matrimonii citandus &c. *ibid.* p. 180. col. 1.
 Matrimonii nullitas satis canonizata non censetur, ad hoc, ut partes transire valeant ad alia vota, nisi quae saltem sententiae conformes super ea emanaverint. *ibid.* col. 2.
 MEDICINAE oppidum, & annexa terrae Ganzanighi, & Villafontanae, iuxta Bonifacii IX., & Martini V. dispositiones, fuit de Comitatu Bononiensi. XVI. p. 54. col. 1.
 Lias inter dictas Terras, & Regimen Bononiense ab antiquo vertens decidit. *ib.*
 Definitur, eas subesse debere Regimini Civitatis Bononiensis, ejusque potestati, & jurisdictioni. *ibid.* col. 1. & 2.
 Et gubernari debere a Legato S. Sedis, & dicto Regimine Civitatis Bononiensis. *ibid.* p. 55. col. 1.
 Praeterea teneri ad solutionem onerum Cameralium, tam de praeterito, quam de futuro. *ibid.* col. 1. & 2.
 Et quid respectu onerum praeteritorum. *ib.* pag. 56. col. 1.
 Preservantur in dictis Terris ea officia, quae soli Civitati Bononiensi privative non sunt attributa. *ib.*
 MEDITATIO. V. *Oratio.* V. *Indulgentia.*
 MELCHITARUM Antiocheno Patriarchae Cyrillo Pallium conceditur. V. *Append. tom. I.* num. VI. pag. 285. col. 2.
 MENDICANTIBUS, qui Eleemosynae loco, & pro victu Caenobii frumentum colligunt, permittitur extractio quocumque tempore, etiam extra Statum Ecclesiasticum. LIII. p. 103. col. 2.
 MERCENARIIS, quibus pro mercede datur frumentum, vel quid simile, permittitur quocumque tempore extractio, etiam extra Statum Ecclesiasticum. *ibid.*
 In MESSANENSI Civitate, & Dioecesi permittitur reductio observantiae plurimum dierum Feltorum de praepo. LXV. p. 236. col. 2.
 METUS. V. *Vis.*
 MEXICANA Synodus anni 1585, a S. Sede approbata, Episcoporum jurisdictionem asserit in omnes animarum Curam exercentes, etiam Regulares. *ibid.* L. p. 2. col. 1.
 MILITES, Mauritii Imperatoris legem prohibiti sunt Monasticam vitam amplecti; sed contra hanc legem scriptis S. Gregorius Magnus. XXV. pag. 81. col. 2.
 Milites S. Stephani. V. S. *Stephani.*
 MINISTRANTIUM INFIRMIS Congregatio in Urbe a S. Camillo de Lellis instituta, & a Sixto V. approbata, & privilegiis decorata. XII. pag. 36. col. 2. & seqq.
 Eadem in Ordinem Regularem, & Congregationem Clericorum Regularium erigitur a Gregorio XIV. p. 37. col. 1.
 Eidem a Benedicto XIV. applicantur bona quaedam Reatae existentia, & ad Congregationem Doctorum Christianae antea pertinentia. XLII. pag. 161. col. 2. seqq.
 MINORUM S. Francisci de Observantia Ministro Generali Pontifex scribit super Operibus venerabili Sorori Mariae a Jesu de Agreda attributis. XLVI. p. 174. col. 1.
 MISSA. Ad Episcopos pertinet praescribere ea, quae observanda, & evitanda sunt in celebratione Missae; iisque, tanquam Apostolicae Sedis De-

Delegatis, omnes etiam exempti, hac in re obedire tenentur. XVII. pag. 59. col. 1.

In Missarum celebratione Crucifixi Imago super Altari retineri debet in memoriam Dominicæ Passionis, & Mortis. XVIII. p. 58. col. 2.

V. Crucifixi Imago.

Præceptum audiendi Missam non implevisse censetur, qui ante Benedictionem ab Ecclesia discedit, ex sententia Concilii Agathensis. XLVIII. pag. 183. col. 2.

Sufficit Sacerdoti unam Missam in die solummodo celebrare. III. p. 10. col. 2. seqq.

Decretum huiusmodi antiquo tempore latum, hoc solum prohibere intelligebatur, ne sine gravi, & iusta causa, Missæ celebratio per unum eundemque Sacerdotem iteraretur. p. 9. col. 1.

Sed a temporibus Innocentii III., & infra, ita intelligendum est, ut præceptum contineat de unica Missa in die. *ib.* per tot.

Missarum trium celebratio die Natali Salvatoris nostri, primum a S. Theophoro instituta fuit. III. pag. 10. col. 2. & LXI. p. 164. col. 2.

Quæ consuetudo asseritur, & commendatur. *ib.*

Antiquis temporibus alii per annum dies erant Polylyturgici, quibus Missarum solemnia iterare licebat. LXI. p. 227. col. 1.

Sæpe etiam iterabantur Sacrificia, si Defuncti cadaver die Dominicæ, vel alio Festo ad Ecclesiam deferrebat. *ib.* p. 226. col. 2.

Ea consuetudo iustis de causis abolita est, & præsertim ob inductos abusus circa Eleemosynarum fordidas exactiones. LXI. p. 227. col. 2.

Nec præsentem tempore, præter dictam diem, permittitur Missæ iteratio, etiam ex causa utilitatis, aut pauperatis Ecclesiæ, aut Presbyteri. III. pagina 9. col. 2.

Id solum permittitur Parocho duarum Ecclesiarum adeo inter se distantium, ut Populus utriusque subiectus in unam earum totus convenire nequeat. *ibid.* p. 7. col. 2.

Quod intelligendum est de diebus Festis tantummodo, in quibus adeo præceptum audiendi Missam. *ibidem.*

Et dummodo necessaria ad id Ordinarii Superioris licentia accedat. *ib.* p. 8. col. 1. & 2.

Et sufficit contrarium Synodalis Constitutionis præceptum, ut Parocho id minime liceat. *ib.* pagina 11. col. 2.

Præterea, si alius adsit Sacerdos, qui in una ex illis Ecclesiis celebrare possit, Parochus ab iteratione Missæ se abstinere. III. pagina 10. col. 2. & p. 10. col. 1.

Etiam si necesse sit Cathedralem populo explanare, quum id, vel per alium Sacerdotem, vel ab ipso Parocho extra Missarum solemniam fieri possit. *ibid.*

Missas duas die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum singuli Sacerdotes sæculares celebrabant in Regnis Aragoniæ, Valentis, & Majoricæ, & in Principatu Cathalonis; Regulares vero tres. III. p. 14. col. 1. & LXI. p. 226. col. 1.

Idque antiquæ consuetudini, & fame Privilegii Apostolici innitebatur. *ib.*

Rogante Hispaniarum Rege, ut mos iste ad omnes Ditiones suas extenderetur, & Portugalliæ Rege simile Privilegium pro suis Ditionibus postulante, Pontifex tres Missas ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus Presbyteris in dictis regionibus ea die celebrari indulget. LXI. pag. 227.

Sed Applicationem Missarum de novo indultarum in suffragium omnium Defunctorum Fidelium in genere fieri jubet. *ib.* col. 2.

Item pro celebratione, aut applicatione Missarum huiusmodi, quamcumque Eleemosynam sub quocumque prætextu percipi prohibet, sub pœna suspensionis info facto incurrendæ. *ibid.* pagina 227. col. 2. seqq.

Rationes, & causas, quibus adductus fuit Pontifex, ut indultum concederet, eique huiusmodi leges adiceret. *ib.* p. 228. col. 2.

Eleemosynæ perceptio pro celebratione, aut applicatione Missæ, antiquis, iustisque ritibus innitur. LXI. p. 227. col. 2.

Omnis tamen aviditatis species a celebratione Missarum arcenda est. *ib.* p. 229. col. 1.

Presbyter abutens Sacrificio Missæ ad fortiligia, incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Missæ. V. Append. *tom.* I. num. VIII. pagina 291. col. 1.

In Missa Præsanctificatorum non fit transubstantiatio vini per immersionem Particulæ consecratæ; confutatur hac de re error Schismaticorum. III. pagina 10. col. 2.

Missæ Præsanctificatorum iterari non potest, etiam si priori omiffus fuerit haustus vini non consecrati. *ib.* col. 1. & 2.

MISSIONARIIS a Sede Apostolica conceditur Privilegium celebrandi Missam bis uno die, in casu tamen necessitatis. *ib.* col. 2.

Missionariorum Seminarium. V. S. Merici.

MONACHI de iure exempti non sunt a iurisdictione Episcopi Diocesani. XL. pag. 155. col. 1.

Monasteria in potestate Episcopi consistere debent, iuxta Canonicas sanctiones, nisi constet de eorum exemptione, & subiectione Apostolicæ Sedi. *ibid.* col. 2. & 157. col. 2.

Monasteris concedi non consuevit exemptio sine Diocesani Episcopi consensu. *ib.* col. 1.

V. Exemptio.

Monasterium Cryptæ Ferratæ. V. Cryptæ Ferratæ.

Monasterium Ultrisense supprimitur pro erectione Episcopatus Pinarolien. LVI. p. 236. col. 2.

Monasteria Monialium. Abusus quidam circa introductionem Familiarum in Monasteria deteguntur. XXVI. p. 108. col. 1. & 2.

V. Clausura.

MONIALES comprehenduntur etiam in Decreto Concilii Tridentini præsentis tempus quinquenni ad reclamandum adversus Professionem Regularem. XLVII. p. 179. col. 2.

Moniales Ordinario immediate subiectæ in Causis nullitatis Professionem, ejusdem Ordinarii tantum iudicium subire debent. *ibid.* pagina 180. col. 1.

Si autem Regularibus sunt subiectæ, iudicare debent una cum Ordinario, etiam Prælati Regularis Monasterii. *ib.* col. 2.

Moniales, quæ feminas quascumque in Monasterio receperint, sine Apostolica licentia, & solito examine, Canonicis censuris sunt obstrictæ. XXVI. p. 82. col. 1.

Monialibus a Prælato Monasterii designari solet unicus Confessarius Ordinarius. LVI. pagina 114. col. 1.

Præterea, ex sententia D. Thomæ, & ex Decreto Concilii Tridentini, Extraordinarius alter Confessarius aliquoties concedi debet. *ib.* col. 2.

Huic non tenentur singula peccata sua confiteri, sed tantum coram ipso se sistere. *ib.* pag. 115. col. 1.

Monialibus etiam bis vel ter in anno concessus sit Confessarius extraordinarius, non tamen denegandus est in casu gravis infirmitatis. *ib.* pag. 116. col. 1.

Item in casu insuperabilis reluctantiæ adversus Confessarium ordinarium. *ib.*

Pro spirituali autem consolatione, & profectu, non adeo difficulter concedendum esse suadet. *ibid.* col. 2.

Monialium Confessarii five ordinarii, five extraordinarii, ab Ordinario loci expresse ad hunc effectum approbari debent. *ib.* p. 117. col. 2.

Monialibus sub Regularium regimine constitutis, semel in anno deputari debet Confessarius extraordinarius alterius Ordinis ab eo, cujus est Monasterii Prælati. *ib.* p. 118. col. 2.

V. Confessarius. V. Episcopus.

Monialibus sine Clausura viventibus, æque ac aliis Mulierum Conservatoriis, quibus unicus ordinarius Confessarius deputatur, extraordinarii quoque oblationem bis aut ter in anno fieri suadet. *ibid.* p. 115. col. 1.

MONOPOLIA super fegetibus, leguminibus, olivis &c. prohibentur sub pœnis &c. LIII. p. 191. col. 2.

Monopolii nomine non intelligitur licita, & honesta mercatura, & qua merces in uno loco em-

præ, ad alium locum vendendæ deferuntur. LIII. pag. 191. col. 2. V. Exemptio.

MONTIS ALTI Episcopi iurisdictioni variæ traduntur Ecclesiæ, & loca ex Farfensis Abbatis iurisdictione dismembrata. XXXII. p. 122. col. 1. & 2. V. Farfensis.

MONS MARIUS. V. S. Maria de Rosario.

MONS PIETAS Urbis, Depositarium Cameræ Apostolicæ deinceps administrare jubetur. VI. p. 15. §. 3. & 4. col. 1.

In MORTIS Articulo constituti quorumcumque peccatorum absolutionem, & Censurarum relaxationem a quocumque Presbytero obtinere possunt. XXIV. p. 129. col. 1.

Isdem Indulgentiam Plenariam facile concedi optat Ecclesia. *ibid.* p. 130. col. 1.

S. Cyprianus eorum reconciliationem a quocumque Presbytero, aut etiam Diacono fieri mandat. *ib.* p. 131. col. 2. ubi vide alia exempla Ecclesiasticæ lenitatis erga eosdem.

Mortis acceptatio inculcatur tamquam opus injunctum pro consequenda Plenaria Indulgentia in Mortis Articulo XXXIV. p. 133. col. 1.

MUNDBURDIUM nihil aliud, quam protectionem, & defensionem significat. XL. p. 159. col. 1.

N

NARRATIVA. V. Enunciativa.

In NEAPOLITANO Regno citra Pharum, & in Diocesis Messanen, & Panormitana Feltorum iterum observantia reducit. LXV. p. 234. col. 2.

Neapolitani Regni Episcopis residentia specialiter injungitur. XVIII. p. 63. col. 1.

In Neapolitano Regno Nuntius Apostolicæ Sedis invigilare jubetur super Episcoporum Residentia. *ib.*

NEMAUSENSIS Synodus Anni 1284 Parocho permittit duarum Missarum celebrationem, ubi Parochiani omnes ad unicum nequeant convenire, nec alius adsit Sacerdos; servata tamen lege jejuniæ. III. p. 8. col. 2.

SS. NILUS, & Bartholomæus natione, & Ritu Græci, Cryptæ Ferratæ Monasterii Fundatores, XXXIII. p. 127. col. 1.

NOBILITUM Romanorum Familiæ aggregatæ ad formam Constitutionis Pontificiæ. V. Append. *tom.* I. num. X. p. 292. col. 1.

NORIS, Henricus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Apologiam pro S. Siricio Pontifice scripsit. LIV. p. 204. col. 1.

NOTARII, quorum opera, & scientia Judæi conversi libellum repudiæ dederint Coniugibus in Judæismo remanentibus, puniuntur pœnis pecuniariis, aliisque &c. XXXVIII. p. 151. col. 2.

NOTARIUS ARCHIVII a Collegio Scriptorum Archivii deputatus, privatus um jus habet scribendi in causis, quæ committuntur Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, eorumque Congregationibus, & Prælati Romanæ Curis, qui non sunt Iudices Ordinarii. XXI. p. 67. col. 1.

Ac etiam quando committuntur Sac. Rotæ Auditoribus, uti Prælati, five Commissiones sint cum Clausula, etiam extra Rotam, & absque participatione Rotæ, five non. *ib.* p. 68. col. 1. & p. 69. col. 2. V. Archivii Scriptorum Collegium. V. Causæ.

Notarii Datarie & Cancellariæ recipere non debent, aut extendere consensum super beneficiarum resignationibus, ubi mandata Procuræ ad resignandum habeant datam anteriorem octo mensibus, si citra, vel duodecim, si ultra montes facta fuerint. X. p. 29. col. 1.

Notarium Tribunalis Gubernii Urbis numerus præfinitur, iisque certa emolumenta assignantur. XLVI. p. 165. col. 2.

Hi tenentur in Commissionibus inservire tam ipsi Tribunali, quam Congregationi super Consultationibus; nec quidquam pretendere possunt, præter Cibaria. *ib.* p. 166. col. 1.

Notario Gubernii in capita (vulgo Caponotario) quingente scuta annua assignantur loco quartæ partis Viaticorum, aliorumque emolumentorum, quæ antea ad eum pertinebat. *ibid.* col. 2.

Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. II.

V. Gubernatoris Tribunal.

Notarii Rotæ privativum Jus habent scribendi, & a ditiandi in omnibus Causis, quæ committuntur Rotæ Auditorio, atque etiam ejus Auditoribus; cum clausula extra Rotam, & absque participatione Rotæ, dummodo ipsi non committantur uti Prælati. XXI. p. 67. col. 2. V. Causæ. V. Rotæ.

NOVITI Regularis admitti debent iuxta formam Decretorum Clementis VIII., & Constitutionum Ordinum peculiarium; nec sine gravi causa minuentum ipsis est probationis tempus. XLVII. p. 182. col. 1. & 2.

NOVITIATUS expleri debet in Cœnobio ad institutionem Novitiorum designato, sub pœna nullitatis Professionis. *ibid.* p. 179. col. 2.

DE NULLITATE Professionis Regularis reclamatio non admittitur post elapsam quinquennium, ex qua amissa fuit. *ib.* p. 178. col. 2. p. 180. col. 1.

Salva auctoritate Sedis Apostolicæ concedi restitutionem in integrum. *ib.*

Item non admittitur reclamatio illius, qui habitum Regularem sponte dimisit, nisi ad Monasterium redierit &c. *ib.* p. 179. col. 2.

Causæ super nullitate Professionis Regularis quomodo, & coram quibus agitari debeant, & quando finire dici possint.

V. Causæ. V. Professio. &c.

NULLIUS DIOECESIS denominatio non semel attributa dignoscitur Monasteris, & lucis, quæ passiva dumtaxat gaudet exemptione. XXXIII. p. 127. col. 2.

NUNTII Sedis Apostolicæ injungitur, ut super Episcoporum Residentia invigilent. XVIII. p. 63. col. 2.

Nuntii Apostolici in Computisteria Camerali rationes exhibere tenentur de pecuniis Cameræ a se administratis, VI. p. 20. col. 1.

O

OCULTATIO impedimenti, five defectus, de quo quis in actu Professionis interrogatus fuit; addita declaratione, quod Religio ipsum cum eo impedimento, aut defectu admittere non intendebat, aut allegari possit ab ipso Professo, ad obtinendam de clarificatione nullitatis Professionis. XLVII. p. 170. col. 1. & 241. col. 1.

ODENHEIMENSE Monasterium ex statu Regulari ad Seculare redactum, & in Collegiatam Ecclesiam redectum fuit ab Alexandro VI. XL. p. 159. col. 1. V. Brasel.

OFFICIA propria Sanctorum non conceduntur, nisi præcesserit saltem approbatio Culti; Item si non habeantur gesta autentica. XXIX. p. 115. §. 18.

S. OFFICII Tribunal. V. Inquisitionis.

OLEI emptio, & extractio. V. Commercium.

V. Extractio.

ORATIO in communi suadet, & laudatur. XXIII. p. 75. col. 2.

Orationum Vocalium recitatio laudatur, & confirmantur Indulgentiæ eas recitantibus concessæ. *ib.* col. 1.

Orationis Mentalis exercitium docentibus, illamque peragentibus novæ Indulgentiæ conceduntur. *ibid.*

Orationem Mentalem per mensum peragentibus, & concessis, ac Sacra communione refectis, Indulgentia Plenaria conceditur. *ibid.*

ORDINARIORUM plena iurisdictione intra Diocesum suarum fines, habet pro se assistentiam juris; adeo, ut qui se ab illa exemptos contendunt, probationibus certis, & manifestis exemptionem suam constabillare teneantur. XL. p. 155. col. 1. V. Exemptio.

Et incasibus dubiis semper iudicari debeat pro Ordinarii iurisdictione. *ib.* p. 158. col. 2.

Ordinarii jus in Regulares extra Clausura degentes, aut se asserentes ad alium Ordinem translatos. VII. p. 70. col. 1.

Ordinarius loci Extraordinarium Confessarium Monialibus sibi subiectis designat. LXI. p. 215. col. 2.

Item iis, quæ Regularibus subiectæ sunt, in pluribus casibus ad supplendam negligentiam Prælati Regularis. *ib.* p. 159. col. 2. 216. per tot. & 217. col. 1. V. Episcopus.

Ordinarii approbatio specifica pro Monialibus necessaria est omnibus Confessariis Monialium, tam Ordinariis, quam Extraordinariis, etiam Regularibus, & iis, qui deputantur a Regularibus Superioribus, vel a Cardinale Majore Penitentiario, etiam Sede Apostolica vacante. *ibid.* col. 2.

Ordinarius loci, cum Superiore Regulari simul, cognoscere debet causas super nullitate Professionis Regularis intra quinquennium promotas, sive Actio sit a Religione promotus, sive a Professo. XLVII. p. 179. col. 1. & p. 280. col. 2.

Nec Regularis Superior ita illi jus suum cedere potest, ut solus ipse iudicet. *ibid.*

Ordinarius solus iudicat in Causis nullitatum Professionum Monialium ei immediate subiectarum. *ibid.* p. 179. col. 1.

Si vero fuerint Regularibus subiectæ, una cum Superiore Regulari procedere debet. *ibid.* col. 2.

Ordinario in Causa huiusmodi dissentiente a iudicio Superioris Regularis causa devolvitur ad Sanctam Sedem. *ibid.*

Ordinarii procedere debent adversus inferentes vim, & metum, ut quis Religionem ingrediatur, & Professionem emitat. *ibid.* p. 182. col. 2.

ORDINATIONES Regularium an ad Episcopos Diocesanos privative spectarent, olim disputatum fuit. XXVII. p. 82. col. 2.

Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. spectare decreverunt, nisi Episcopus extra Diocesim maneat, aut Ordinationes non sit habiturus. *ibid.* col. 2.

Id confirmatur ab Innocentio XIII., exceptis iis Regularibus, quibus Privilegium recipiendi Ordines a quocumque post Concil. Trid. specialiter concessum fuerit. *ibid.* p. 83. col. 2.

Idipsum confirmat BENEDICTUS XIV. sub penis contra suscipientes Ordines ab eo, qui non est proprius Episcopus, & contra Ordinantes alienos Subditos sine eorum Ordinarii licentia, in iure statutis. *ibid.* p. 84. col. 1. & 2.

De absentia vero Episcopi a propria Diocesi, vel quod Ordinationes in temporibus habiturus non sit authentica documenta afferri jubet; iisque deficientibus, Dimissiones nullas haberi decernit. *ibid.*

Privilegia recipiendi Ordines a quocumque, nisi post Tridentini Concilii Confirmationem alicui Ordini Regulari nominatim, & directe, non autem in communicatione Privilegiorum, concessa fuerint, vel ante illud concessa, postmodum in forma specifica, cum infertione veteris Indulti, confirmata sint, nullatenus suffragari decernit. *ibid.*

Privilegia recipiendi Ordines a quocumque, quibus in casibus, & qua moderatione in usum deducenda sint. *ibid.*

Huiusmodi Privilegii concessio per se non probat exemptionem ab Ordinarii jurisdictione; quam maxime olim in odium Simoniacæ Pravitatis Indulgeri contingeret. XL. p. 158. col. 2.

Privilegia recipiendi Ordines extra tempora Regularibus indulta, non arctant Episcopos Diocesanos ad eos ordinandos extra tempora, vel dimittendos ad Ordinationem alibi suscipiendam. XXVII. p. 84. col. 2.

Ordinatio ad titulum Religiosæ paupertatis, an ratificata censenda sit Professionem initio nullam. XLVIII. p. 182. col. 1.

ORIGENES in Clementis Alexandrini Schola Sacras Literas didicit. LIV. §. 20. p. 199.

Origenistarum errores a Rufino in Occidentem invehos; sub S. Siricio Pontifice patefactos non fuisse, probatur ex S. Hieronymi Testimonio. *ibid.* §. 86. §. 88. p. 218. col. 2. 219. col. 1.

Idem probatur ex eo, quod Rufinus Roma digressus, in aliorum Sanctissimorum Ecclesiæ Catholicæ Antistitum gratiam se insinuavit. *ibid.* §. 89. 90. 91. p. *ibid.* col. 2. & 220. col. 1.

Eorumdem perfidia S. Anastasio Siricii successori non statim innovit. *ibid.* §. 92.

Sunt etiam, qui negent Rufinum ab Anastasio damnatum fuisse. *ibid.*

Ex his omnibus vindicatur S. Siricii memoria adversus eos, qui convitentur in prædicos hæreticos illum insimulant, & ostenditur, simplicitatem a S. Hieronymo illi tributam, eo sensu accipiendam esse, quo virtutem significat. *ibid.* §. 93. col. 2.

OSCENSI Episcopo scribitur super ea questione, an & quando liceat Parocho duabus Ecclesiis præposito Missæ Sacrificium bis uno eodemque die celebrare. III. p. 1. col. 2.

OSTIENSIS Episcopatus subsistit, sicut Capitulum extinctum sit. XXXV.

P

PALLIA Patriarchis, & Archiepiscopis ab Apostolica Sede concedi, & mitti consueverunt, a primis usque Ecclesiæ sæculis. LX. p. 224. col. 1.

Eadem antea solemnè Ritu benedicta fuisse non dubitatur. *ibid.*

Palliorum Benedictio in Ecclesia S. Petri, prævisi Clerici Vigiliis, aliisque Sacris Cæremoniis, fieri solebat. *ibid.*

Ritus huiusmodi nonnullas mutationes subierunt, quas vid. *ibid.* col. 2.

Palliorum Benedictio in posterum a Sum. Pont. fieri statuitur in pervigilio Apostolorum, post Vesperas in Vaticana Basilica celebratas. *ibid.*

Vel absente Pontifice, ab eo Cardinale, qui Pontificalia peregerit. *ibid.*

Huiusmodi Benedictiois Ritus, & Formula statuitur. *ibid.* p. 225. col. 1.

Pallia Archiepiscopalia in Vaticana Basilica prope corpus S. Petri semper asservari jubentur in capsula argentea auro obducta, quam Pontifex dono dedit. *ibid.*

Ejus Arcula custodia ad Altaristam Canonicum spectat. *ibid.*

Pallium suscipientes absentium Antistitem nomine, col. 2.

Pallium conceditur Cyrillo Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum. V. Append. tom. I. n. VI. p. 285. col. 2.

Pallium conceditur Simoni Petro Patriarchæ Antiocheno Maronitarum. V. Append. tom. I. n. VII. p. 286. col. 1.

In PANORMITANA Civitate, & Diocesi Festorum observantia reducitur. LXV. p. 234. col. 2.

PAROCHIALES Ecclesiæ Regularium in Indiæ Regionibus subsunt Episcoporum jurisdictioni. I. p. 2. col. 1.

Parochiales juris Patronatus Ecclesiastici. Vid. Patronus.

PAROCHI Ecclesiæ Regularium, sive Regulares, sive Sæculares sint, subsunt jurisdictioni Episcopi in iis, quæ animarum curam respiciunt. *ibid.* col. 2.

Parochi Regulares curam animarum assumere nequeunt sine examine, approbatione, & consensu Ordinarii. *ibid.*

Parochus duarum Ecclesiarum unitarum curam exercens, quando Missam eadem die iterare possit. III. p. 8. col. 1. Vid. Missa.

Parochi Doctrinam Christianam explicare tenentur. *ibid.* p. 6. col. 2.

Parochus relinquere non potest Animarum curam inconsulto Episcopo. XXV. p. 79. col. 2. & seqq.

Quod si Religionem ingredi voluerit, Episcopus ipsi licentiam denegare nequit. *ibid.*

Vid. Episcopus.

Parochus Laurentanus. Vid. Append. n. III. p. 111.

PASSIONEUS Dominicus S. R. E. Cardinalis laudatur. XXXII. p. 121. col. 2.

PATRIA POTESTAS, neque Divino, neque naturali, aut Gentium iure indulta, sed legis Romanorum. XXVIII. §. p. 88.

Ea ab Imperatore Antonio ad omnes Imperii Romanæ subditos ampliata est; & consequenter ad Judæorum nationem. *ibid.*

Ea amittitur a Parentibus, si liberos exponant, & abiciant. *ibid.*

Patria potestas residet apud Patrem, non vero apud Matrem. *ibid.* §. 13. p. 90.

Ut tamen Infidelium filius licite baptizetur, sufficit, quod a Matre ad Baptismum offeratur, etiam dissentiente Patre. *ibid.* §. 16. seqq. V. Anus.

Patria potestas non officit, quin baptizetur Filius adultus, sive adolescens qui sponte Baptismum petit. *ibid.* §. 16. p. 98.

PATRIARCHÆ in Ecclesia Orientali non habent iurisdictionem in Monasteria in Diocesi Episcoporum sita, nisi in eorum fundatione per itauropegium ea sibi subjecerint. XL. p. 157. col. 1.

Patriarchæ jus obtinent gestandi Rochetum per Urbem. V. Append. tom. I. num. V. p. 284.

Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum Pallium conceditur. V. Append. tom. I. num. VI. p. 285.

Patriarcha Antiochenus Maronitarum a Summo Pontifice eligitur ob schisma inter Electores exortum. V. Append. tom. I. num. VII. p. 286.

Idem ab Episcopis illius Nationis agnoscitur; Pallium a Summo Pontifice petit, & obtinet. *ibid.*

PATRONUS Civitatis, Nationis &c. non constituitur Sanctus aliquis, nisi ab Ecclesia universa titulo Sancti colatur. XXIX. §. 21. p. 116.

Patroni plures Sancti, quando in eodem loco constituuntur. *ibid.*

Patroni principales Urbis Romæ denominandi sunt SS. Apostoli Petrus, & Paulus. V. Append. tom. I. num. IV. p. 283.

PATRONUS Ecclesiasticus tenetur præsentare ad Ecclesiam Parochialem digniorem inter approbatos ab Examinatoribus. IV. p. 11.

Etiam si de prælectione dignioris non fuerit ei facta interpellatio. *ibid.*

Patroni Ecclesiastici iudicium in dignioris electione, an Episcopus sequi debeat. *ibid.* p. 12. seqq.

Respondetur affirmative, si nemo queratur de prælectione Patroni. *ibid.*

Sed si inter approbatos aliquis reclamet a mala prælectione Patroni, Episcopus sequi non tenetur illius iudicium. *ibid.* V. Appellatio. N. Præsentatio.

S. PAULI Episcopus in Brasilia erigitur ex divisione Diocesis Fluminis Januarii. XXII. p. 71. col. 2.

S. PAULINUS Vir Consularis, pro ea Presbyter, ac Episcopus Nolanus, S. Anastasio Papæ acceptissimus. fuit. LIV. §. 78. p. 209. col. 2.

Non ita benevolam habuit S. Siricio Pontifici Deceptionem; quod an ipse Pontificis sanctitati officiat, exquiratur. *ibid.* §. 78.

S. Paulinus quum laicus, & uxoratus esset, ab Episcopo Barchinonensi repente Presbyter ordinatus fuit. *ibid.* §. 79.

Id probatur non potuit Siricio, qui nuper legem de servandis interstitiis in Ordinationibus Clericorum edixerat. *ibid.* §. 82. p. 210. col. 2.

Ob hanc rem Siricio aliquandiu alienum se præbuit a consuetudine Paulini, quem tamen deinde benignus excepit. *ibid.* §. 83.

Paulini, & Siricii Pontificis dissensio Charitatem Christianam non vulneravit. *ibid.* §. 84. p. 211. col. 1.

S. Paulinus, æque ac alii ejus ætatis Sanctissimi Viri, Melaniam Origenistarum faultricem, & Rufinum Origenis librorum interpretem, quorum vitæ probatam noverant, errores ignorabant, in pretio habuit. *ibid.* §. 90. & 91. p. 212. seqq.

PAUPERUM Advocatus, & Procurator, atque etiam Deputatus Charitatis, Pontifici deferre jubentur vexationes reis inquisitis illatas contra dispositiones Constitutionis XLIV. *ibid.* p. 169. col. 2. seqq.

PAX. In delatione pacis, quænam ritus servari debeat cum Prælati Gubernatoribus, Vicelegatis &c. V. Append. tom. I. num. II. p. 273. col. 1.

PERITI, seu Chirurghi, pro recognitionibus, quas faciunt pro servitio Tribunalis Gubernii, & Sacre Consultationis in Commissionibus extra Urbem, unde solvi debeant. XLIV. p. 168. col. 1.

PERSONA. Personatos incedere diebus Festis a Pontifice prohibetur. XLV. p. 171.

SS. PETRUS, & PAULUS Apostolorum Principes Urbis Romæ Patroni principales denominandi. V. Append. tom. I. num. IV. p. 283. per tot.

S. PETRUS REGALATUS Sacerdos Ordinis Minorum S. Francisci canonizatus. XIII. p. 49. col. 1.

Ejus Ortus. *ibid.*

Ordinem Minorum ingreditur, & antiquam in eo observantiam instaurat. *ibid.* p. 41. col. 1.

Illius Virtutes, & Miracula approbantur. *ibid.* p. 31. col. 1.

Canonizationis Decretum. *ibid.* p. 43. per tot.

Pro B. Petri Regalati Canonizatione Orationes Confessoriales. Append. num. I. p. 250. per tot.

Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. II.

S. PHILIPPI da Argyrio Corporis inventio. XXIV. §. 13. pag. 113.

S. Philippi Argyriensis duo fuerunt. *ibid.* §. 16.

S. Philippi Evangelistæ domus, in qua quatuor erant illius Filie virginis prophetantes, (de qua in Act. Apost.) Ordini S. Dominici comparatur, in quo quatuor Virgines solemnè Canonizationis honores meruerant. Append. num. I. p. 250. col. 2.

S. Philippus Neri, quod Bacchanalium tempore Christianas occupationes instituit, laudatur. XLV. p. 173.

PINAROLIEN. Civitatis decora enunciantur, in eaque erigitur Cathedra Episcopalis. LXVI. p. 235. col. 2. ubi vide huiusmodi Episcopalis Mense constitutionem, item Capituli erectionem &c.

DE PLANCTU. Archiconfraternitas Beatæ Mariæ Virginis de Planctu supprimitur. II. p. 4. col. 1.

Ejusque Ecclesia Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ conceditur. *ibid.* p. 6. col. 1.

Præservatis tamen Indulgentiis pro Fratribus ejusdem suppressæ Archiconfraternitatis, nec non pro Confraternitatibus eidem olim aggregatis, & piorum onerum implemento, alteri Archiconfraternitati in juncto. *ibid.*

POENE adversus baptizantes Hebræorum filios illicito modo, & sine consensu parentum. XXVIII. §. 34. p. 96.

Pœnæ contra Confessarios exquirentes a penitentibus complicum nomina, cum denegatione Absolutionis. VIII. p. 27. col. 2.

Pœnæ jam statutz contra Confessarios sollicitantes ad turpia, confirmantur; iisque additur inhabilitatio perpetua ad celebrationem Missæ. V. Append. tom. I. num. VIII. p. 291.

Pœnæ adversus Episcopos in propria Diocesi non residentes. XVIII. p. 61. col. 1.

Pœnæ contra impediens liberatam mutui Commercio inter subditos Ditionis Ecclesiasticæ, seu contravenientes Constitutioni hac de re editæ. LIII. p. 193. col. 1.

Pœnæ contra imprimentes, aut publicantes Libros, Scripturas, &c. circa imminutionem Dierum Festorum de Præcepto. LXIII. p. 233. col. 2.

Pœnæ jam statutz in Presbyteros Sacrificio Missæ ad sortilegia abutentes, confirmantur, iisque additur perpetua inhabilitatio ad ipsius Missæ celebrationem. V. Append. tom. I. num. VIII. p. 291.

Pœnæ in Presbyteros, qui vigore Indulti Pontifici plures Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebrantes, aliquid plus Eleemosynæ loco acceperint, quam pro unica Missa, juxta locorum consuetudines, aut Leges Synodales, percipi solet. LXI. p. 226. col. 2.

In POENITENTIÆ Sacramenti administratione per versa praxis introducta damnatur, & prohibetur sub pœnis, &c. VIII. p. 25. col. 2. & XX. p. 47. col. 2. V. Confessarius.

Ad POENITENTIARIÆ Apostolicæ Scriptorum officium non admittantur, qui alienis servitiis, vel alteri incompatibili officio addicti sint. XXI. p. 159. col. 2.

Idem injungitur, ut Procuratorum seu Secretariorum officia frequentent. *ibid.*

Penitentiarie Apostolicæ Secretarii, seu Procuratores, ipsius Officii praxim didicisse debent in prævio exercitio muneris Scriptoris. *ibid.*

Tam Procuratores, quam Scriptores huiusmodi, per concursum eligendi sunt. *ibid.* p. 16. col. 1.

POENITENTIARIO MAJORI S. R. E. Cardinali injungitur præmissorum executio. *ibid.* pag. 160. col. 1. & 2.

Ad Penitentiarium Majorem pertinet supplere negligentiam, tam Ordinarium localem, quam Regularem Superiorum Monialium, in deputationibus Confessoriarum in casibus a Concilio Tridentino præscriptis, aliisque recentis in Constit. XLVI. *ibid.* p. 113. col. 2. seqq.

Penitentiarium Major, etiam vacante Apostolica Sede, Monialibus deputare nequit Confessarios, qui ab Ordinariis locorum pro Monialibus expresse approbati non fuerint. *ibid.* p. 216. col. 1.

POENITENTIARIIS MINORIBUS Basilicæ Lateranensis, Ordinis Minorum Reformatorum, inopia laborantibus, annui redditus urgentur in scutus ducentos, ex Officio Sigillatoris Penitentiarie.